# De cura agenda pro mortuis

Diu sancti
tati tue coepiscope ve
nerāde pauline rescri
ptorū debitor fui. ex
quo mihi scripsisti ꝑ
homīes filie nr̄e reli/
giosissime flore: q̄rēs
a me vtrū prosit cuiq̄ post mortē ꝙ cor/
pus ei⁹ apud sancti alicui⁹ memoriā se/
pelitur. Hoc enī abs te vidua memora/
ta petiuerat ꝓ defuncto in eis ꝑtib⁹ filio
suo: ⁊ rescripseras ꝯsolans eā. idq̄ etiam
nūcians de cadauere fidel' iuuenis cyne
gij: qđ materno ⁊ pio affectu desiderauit
esse completū: vt scʒ in beatissimi felicis
ꝯfessoris basilica poneret. Qua occasio
ne factū est vt ꝑ eosdē ꝑlatores litterarū
tuaꝝ etiā mihi scriberes: ingerēs huius/
cemodi questionē: atq̄ vt rn̄derem quid
inde mihi videret exposcens: nec tacens
ipe q̄d sentias. Nā dicis videri tibi non
esse inanes mot⁹ animoꝝ religiosoꝝ atq̄
fideliū ꝓ suis ita curantiū. Adiūgis etiā
vacare nō posse: ꝙ vniuersa ꝓ defunctis
ecclesia supplicare ꝯsueuit. vt hinc ⁊ illđ
coniici possit: homini ꝓdesse post mortē
si fide suoꝝ humando ei⁹ corꝑi talis ꝓ/
uideat locus in quo appareat opitula/
tio etiā isto modo quesita sanctoꝝ. Sed
cū hec ita sint: quō huic opinioni contra
rium nō sit. qđ dicit aplus. omnes enim
astabimus ante tribunal christi. vt ferat
vnusquisq̄ ꝫm ea que ꝑ corpus gessit si
ue bonū siue malū: nō te satis significas
videre. Hec quidē apostolica sententia
ante mortē admonet fieri: qđ possit ꝓdes
se post mortē: nō tunc quādo recipiendū
est quod quisq̄ gesserit ante mortē. Ve/
rū hec ita soluit questio: quoniā quodā
vite genere acq̄ritur: dū in hoc corꝑe vi/
uitur. vt aliq̄d adiuuent ista defunctos:
ac ꝑ hoc ꝫm ea que ꝑ corp⁹ gesserunt eis
que post corp⁹ religiose ꝓ illis facta fue/
rint adiuuant. Sunt eī quos nihil om/
nino adiuuant ista. siue ꝓ eis fiant: quo/
rū tam mala sunt merita: vt neq̄ talibus
digni sint adiuuari: siue ꝓ eis quoꝝ tā
bona vt talib⁹ nō indigeant adiumētis.
Genere ergo vite qđ gessit quisq̄ ꝑ cor/
pus efficitur vt prosint vel nō prosint q̄
cunq̄ ꝓ illo pie fiunt: cū reliquerit cor/
pus. Nam meritū ꝑ quod ista prosint si
nullū comparatū est in hac vita: frustra
querit post hanc vitā. Ita fit vt neq̄ in/
aniter eccl'ia vel suorū cura ꝓ defunctis
qđ potuerit religiōis impendat: et ferat
vnusquisq̄ ꝫm ea que ꝑ corpus gessit si
ue bonū siue malū: reddente dn̄o vnicui
q̄ ꝫm oꝑa eius. Vt enī hoc qđ impendi
tur possit ei ꝓdesse post corpus. in ea vi/
ta acquisitū est quā gessit in corꝑe. Pote
rat inquisitioni tue sufficere mea breuis
ista rn̄sio: sed quia alia mouent quib⁹ re/
spondendū existimo. parūper attēde. In
machabeoꝝ libris legim⁹ oblatū ꝓ mor
tuis sacrificiū. Sed ⁊ si nusq̄ in scriptu
ris veterib⁹ oīno legeret: non parua hac
ꝯsuetudine claret auctoritas: vbi in pre
cibus sacerdotis que dn̄o deo ad ei⁹ al/
tare fundunt: locū suū habet etiā cōmen
datio mortuoꝝ. Sed vtrū aliquid pro
sit anīe mortui locus corꝑis sui. operio/
sius inq̄rendū est. At primū vtrū inter/
sit aliq̄d ad inferendam vel augendā mi/
seriam post hanc vitā spiritib⁹ hominū:
si eorū corpora sepulta nō fuerint: nō ꝫm
opinionē vtcunq̄ vulgatam: sed potius
ꝫm religionis nostre sacras litteras ē vi/
dendum. Neq̄ enī credendū est sicut a/
pud maronem legit insepultos nauigan
do atq̄ transe undo inferno amne ꝓhi/
beri. quia scilicet neq̄ ripas dat horren
das ⁊ rauca fluenta trāsportare priusq̄
sedibus ossa quieuerint. Quis cor chri/
stianū inclinet his poeticis fabulosisq̄
figmentis: cum dn̄s iesus: vt inter inimi
corū manus q̄ eorū corpora in potestate
haberent securi occumberēt christiani:
nec capillū capitis eorū asserat perituꝝ.
exhortans ne timeant eos q̄ cū corpus
occiderint ampli⁹ nō hn̄t q̄d faciāt. Vn̄
in primo libro de ciuitate dei satis q̄ntū
existimo: sum locutus. vt eorū dentē re
tunderem: qui barbaricam vastitatem:
precipue quā nuper roma ꝑpessa ē chri/
stianis temꝑibus imputādo. etiā id ob/
iiciunt ꝙ suis illic nō subuenerit christ⁹
Quib⁹ cum rn̄sum fuerit an̄ias fideliū
ꝓ fidei sue meritꝭ ab illo fuisse susceptas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-298/0162
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG